

Fauslae Maximiani filiae (a. 307), manente concordia inter Maximianum et Constantinum; sine dubio incisus est ante mortem Maximiani (a. 310), quo tempore nomen eius rursus ex hoc ipso titulo sublatum est (cf. supra N. 650 not. 1).

685 Constantino | fidem.

In anulis aureis magni moduli, qui reperiri solent potissimum in Germania (unius imago est Rh. Jahrb. 75, 1882 p. 84, praeterea Brambach 192; Korrespondenzblatt der Westd. Zeitschr. I p. 55, III p. 32), unus rep. est Sirmii (III 6019, 4).

686 pons Mulvi¹, | expeditio | imperatoris | [Co]n[stantini].

Caesareae Mauretaniae (hodie Cherchel) rep., fragmentum tabulae (VIII 9536), in qua scariphatae erant variae res ad triumphum Constantini post devictum Maxentium pertinentes (supersunt viri laureati, unus cum ramo oleae; alii viri portantes imaginem pontis, per quem transeunt milites currusque). — 1) Ad pontem Mulvium prope urbem Romam periit Maxentius victus a Constantino mense Oct. 312.

687 restitutori publicae | libertatis, defensori | urbis Romae, communis | omnium salutis auctori, | d. n. imp. Fl. Val. Constantino | pio felici invicto semper Aug., | codicari nabiculari | infernates¹, devoti n. m. q. eius, | curante Aur. Victoriano v. p., | praef. ann.²

Ostis Romam allata (XIV 131 aliquoties descripta saec. XVI exeunte). — 1) De codicariis nabiculariis cf. C. XIV l. c. — 2) Viro perfectissimo praefecto annonae.

688 triumphatori omnium gentium ac domitori universaru[m factio- num], | q[u]i libertatem tenebris servitutis oppressam sua felici vi[ctoria nova] luce inluminavit, [d.] n. Flavio Valerio Constant[ino] | maximo pio felici invicto Aug. | . . va [v. p.] p. p. N.¹ numini maiestatique eius devota [mente dicatus].

Cirtae (Constantine) (VIII 7006, partem vidit Wilmanns). — 1) Praeses provinciae Numidiae.

689 providen[tissimo et | cum orbe | suo reddi]ta liberta]te triumphanti | d. n. perp. imp. Fl. Val. | Constantino | invict. p. f. Aug. | victori, | res p. c. L. f.¹

Lambaesi in foro (VIII 2721, vidit Wilmanns). — 1) Res publica coloniae Lambaesianorum fecit. — Eodem loco nuper prodiit altera basis iisdem verbis inscripta, nisi quod loco nominum Fl. Val. Constantino leguntur verba Ga[l]. Valerio | Constantis | Caesaris, ex his Constantis Caesaris reposita in litura (Eph. 5, 765 cf. 7, 578). Fortasse haec basis dedicata fuit Maximino Dazae (cf. N. 665); Constantis nomen nescio quo tempore imperite intrusum est (Mo.).

690 [do]mino¹ triumfi li]bertatis et nostro, | restitutori invic]tis laboribus suis | privatorum et | publicae | salutis, L.² Flavio Valerio | Constantino per]petuo semper, Aug. r. p. | col. U. m.³ devotorum | numini maiestati]que eius in aeternum.

In provincia Africa in ruderibus oppidi Uci maioris (Eph. ep. 7, 275). — 1) Supplevit Tissot. — 2) Sic lapis; alibi Constantinus appellatur M. (VIII 1781) vel C. (VIII 9042. 10064); ipse, testibus titulis accurate scriptis, ut iam pater eius